

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Blind?

Cicero spricht über den Unterschied, wie Blindheit empfunden werden kann:

Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat,
2 at vero bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva
poterat, et sine varietate colorum licebat vivere beate, sine notione rerum
4 non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi aciem aspectu oculorum
arbitrabatur et, cum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, ille
6 in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret.
Traditum est etiam Homerum caecum fuisse; at eius picturam, non poesin
8 videmus: quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque
pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum
10 non ita expictus est, ut, quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit?
Quid ergo? Aut Homero delectationem animi ac voluptatem aut cuiquam
12 docto defuisse umquam arbitramur? Aut, ni ita se res haberet, Anaxagoras
aut hic ipse Democritus agros et patrimonia sua reliquissent, huic discendi
14 quaerendique divinae delectationi toto se animo dedissent? Itaque
augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt, poetae numquam inducunt
16 deplorantem caecitatem suam. At vero Polyphemum Homerus, cum
inmanem ferumque finxisset, cum ariete etiam conloquentem facit eiusque
18 laudare fortunas, quod, qua vellet, ingredi posset et, quae vellet, attingere.

(186 Wörter)

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

<i>Zeile</i>	
1 u. 13	Democritus, -i m.: Demokrit (<i>griechischer Philosoph</i>)
2 u. 16	at vero: aber andererseits
2	bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva: <i>Legen Sie Ihrer Übersetzung folgende ergänzte Textfassung zugrunde:</i> bona et mala, aequa et iniqua, honesta et turpia, utilia et inutilia, magna et parva
6	in infinitatem omnem peregrinari, -or, -tus sum: die ganze Unendlichkeit durchwandern
7 u. 11	Homerus, -i m.: Homer
7	pictura, -ae f.: Gemälde
	poesis, is f.: Dichtung (<i>poesin = Akk.</i>)
9	ferarum: <i>Ergänzen Sie:</i> motus
12	ni ita se res haberet: falls die Sache sich nicht so verhalten sollte
	Anaxagoras, -ae m.: Anaxagoras (<i>griechischer Philosoph</i>)
15	Tiresias, -ae m.: Teiresias (<i>blinder Seher im alten Theben</i>)
	inducere, -duco, -duxi, -ductum: <i>hier:</i> auftreten lassen
16	Polyphemus, -i m.: Polyphem <i>(Cicero führt den Kyklopen hier als Gegenbeispiel zu den zuvor genannten Weisen an.)</i>